



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Iuspatronatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- missum per iurium. *ibid.*
- 3 Non tamen potest Episcopus in resuatis Papas. *Syllo. Iuramentum 5. qu. 3.*
- 10 Neque in contractibus in forma Cameræ Apostolicæ. *Couarr. l. 1. c. 4. n. 6. vers. id verò var. resol.*
- 11 Neque in casibus non prohibitis Episcopo, sine causa rationabili. *Syllo. loc. cit. q. 2. in fine.*
- 12 In eo, qui iuravit non petere absolutionem à iuramento, est necessaria specialis absolutio. *S. Iuramentum nu. 37.*
- 13 Et ille Episcopus potest relaxare, seu habilitare, qui est Episcopus iurantis, seu loci contractus, non autem creditoris. *Couarr. loco citato nu. 1.*
- V. Clericus. nu. 74-75.*  
*Dispensatio nu. 15. 23.*
- Ius patronatus.*
- 1 **S**olus fundator Capellæ, aut dotator de suis propriis bonis potest ius patronatus obtinere, & institutio est Episcopi. *Trid. sess. 24. cap. 12.*
- 2 Titulus ius patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento ostendatur, siue etiam ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat. *idem sess. 25. cap. 9.*
- 3 Exactior erit probatio in iis personis, vel communitatibus, vel vniuersitatibus, in quibus usurpatio solet presumi, & spatium annorum 50. saltem in continuatis presentationibus, & admissis probandum erit. *ibid.*
- 4 Abrogantur reliqui patronatus omnes, exceptis super Cathedralibus Ecclesiis, & iis, quæ ad supremos Principes iura imperii in dominiis suis habentes pertinent, & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt. *ibid.*
- 5 Patronatus quicunque in beneficiis antea liberis acquisiti à 40. annis citra, & in futurum acquirendi, ex augmentatione dotis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostol. ab Ordinariis diligenter cognoscantur, & reuocent in totum non legitimè constitutos, restituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum est. *idem sess. 25. cap. 9.*
- 6 Probatio facienda ab Episcopo iuxta formam prædictam. locum habet etiam in beneficiis, quorum institutio pertinet ad Abbates, & Commendatarios cum ordinaria iurisdictione decisum refert Garz. p. 9. cap. 3. nu. 19. in decl. 2.
- 7 Sufficit probatio ex solis præsentationibus continuis ultra hominum memoriam; licet in iis non sit mentio de fundatione, vel dotatione. decisum refert Gonzal. *ad reg. 8. Cassell. Gloss. 11. nu. 46.*
- 8 Probatio, quæ fit per solos testes, non per scripturam, reficitur. decisum refert *idem ibid. nu. 79.*
- 9 Due præsentationes sufficiunt, ut dicantur multiplicatae. *Barbos. alleg. 72. num. 31.*
- 10 Non potest repelli patronus à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causa cognitione post Concilium Trident. Ordinarius admissus præsentatum, etiamsi post obitum præsentatus de validitate ius patronatus iterum contigerit dubitari. decisum refert Gonzal. *loc. cit. nu. 26.*
- 11 Secus, si patroni præsentatio sine causa cognitione fuisset admissa; decisum refert *idem ibid.*
- 12 Ius patronatus ex priuilegio sublatum est à Trid. nisi sit ex causa onerosa. *Vivian. de iurep. par. 2. lib. 11. c. 5. a num. 103.*
- 13 Nullum item est ex sola reparatione. *idem par. 1. lib. 1. cap. 1. nu. 44.*
- 14 Nullum item ex solo augmento dotis. *Rota apud Barbos. alleg. 70. nu. 16.*
- 15 Abrogatum est item à Trid. ius patronatus acquisitum præscriptione, vel consuetudine. *DD. apud Barbos. ibid. nu. 17.*
- 16 In fundatione debet accedere consenus Episcopi, seu Ordinarii. *Viu. par. 1. l. 1. c. 1. nu. 14.*
- 17 Et sufficit post factum. *Garz. p. 12. c. 2. num. 209.*
- 18 Ordinarii nomine in hac materia venit quilibet Prælatus Episcopalem habens potestatem. *Viu. loc. cit. num. 17.*
- 19 Non est repellenda meretrix, dum instat de rebus turpiter quæsitis fundare ius patronatus. *Nau. Miscellan. 52. nu. 7.*

20 V-

- 20 Valet translatum in alios , successione  
cum vera vniuersitate. DD. apud Barb.  
alleg. 71. num. 2.
- 21 Item donatione omnium bonorum  
Ricciull. contra Lambert. *in praxi resol.*  
147. & donatione simplici.
- 22 Quæ si fias de laico in laicum , debet  
adesse consensus Episcopi. Barbos. d. 71.  
numero 23.
- 23 Secus , si de laico in Ecclesiasticum.  
*ibid. num. 26.*
- 24 Si de Ecclesia in Ecclesiam , requiri-  
tur consensus. *nu. 27.*
- 25 Et item , si de compatrono in filium  
compatroni. *num. 29.*
- 26 Non autem si de compatrono in com-  
patronum. *num. 28.*
- 27 Licet tutius requiratur. Viu. *par. 1. l. 4.*  
*cap. 1. num. 13.*
- 28 Permutatione transfertur de consensu  
Episcopi , si in laicum: non autem, si in  
clericum Viu. *loc. cit. cap. 3.*
- 29 Venditione veræ vniuersitatis transfe-  
ratur. *idem c. 5.*
- 30 Non venditione de per se , sub pœna  
excommunicationis . Trident. *seff. 25.*  
*cap. 9.*
- 31 Et amissionis iurispatronatus. Viu. *p. 3.*  
*lib. 15. cap. 2.*
- 32 In venditione prædicta non requiritur  
consensus Episcopi. Barbos. d. 71. n. 46.
- 33 Amittitur , ob præsentationem indi-  
gni , ob hæresim , proditionem patriæ ,  
occisionem Rectoris , seu Episcopi ,  
vſurpationem fructuum beneficij , con-  
fiscationem omnium bonorum. Viu.  
*p. 3. l. 15. cap. 2 per totum.*
- 34 Præsentatio facta alijs, quam Episcopo ,  
citra priuilegium , nulla est omnino .  
Trid. *seff. 14. cap. 13.*
- 35 Laici intra quadrimestre ; Ecclesiastici  
intra semestre præsentent. DD. commu-  
niter : in mixto , intra semestre.
- 36 Iuspatronatus ad laicorum confra-  
nitates spectans laicale censetur . Rota  
*in Romana 7. Febr. 1628. coram Durano.*
- 37 Patronus laicus variare potest, non Ec-  
clesiasticus. Viu. *par. 2. l. 10. cap. 1. num. 1.*
- 38 Præsentatione nulla ob defectum igno-  
ratum à patrono , datur aliud quadri-  
mestre , vel semestre à die scientiæ nul-  
litatis. *idem p. 2. lib. 5. c. 2. num. 27.*
- 39 Elapso tempore potest Episcopus ad-  
mittere præsentationem. *idem par. 2. l. 7.*  
*cap. 6. num. 13.*
- 40 Nisi ille indignum præsentauerit sciē-  
ter. *num. 15.*
- 41 Et nisi transactum sit semestre colla-  
tionis Episcopalis cum deuolutione ad  
superiorem. *num. 14.*
- 42 Patronus non potest se ipsum præsen-  
tare. Barbos. *alleg. 72. num. 75.*
- 43 Neque procurator mandat em. neque  
se ipsum. *idem ibid. num. 87. 88.*
- 44 Neque substitutus prædictos. *num. 89.*
- 45 Vnus ex patronis potest ab alijs præ-  
sentari. *num. 91.*
- 46 Neque donatarius donatione tempo-  
ranea iurispatronatus potest præsentare  
donatorem. *num. 95.*
- 47 Præsentatio non fit per litteras , sed re  
ipsa. *num. 110.*
- 48 Nisi notoriè constet Episcopo , eum  
esse idoneum. decisum refert Garz. *p. 4.*  
*cap. 1. num. 23.*
- 49 Potest fieri præsentatio etiam diei Pa-  
schatis. Viu. *part. 2. lib. 7. cap. 1. num. 5.*
- 50 Et extra Diocesum institutoris. *ibidem*  
*num. 9.*
- 51 Quid , si Ecclesia est in finibus dua-  
rum Diocesum ; quatuor opiniones af-  
fert Barb. *loc. cit. num. 150.*
- 52 Fi at edictum ab instituente ad valvas  
Ecclesiæ vacantis , & Cathedralis, cùm  
termino ad opponendum , aliter nulla  
est collatio. Viu. *p. 2. l. 9. c. 1. n. 4. 5.*
- 53 Et tot fiant , quot sunt præsentati . *nu-  
mero 14.*
- 54 Nisi aliud habeat legitima consuetu-  
do. *num. 33.*
- 55 Ab Episcopo examinentur, etiam si ad  
inferiores spectat institutio , alijs irrita-  
sit. Trid. *seff. 25. cap. 9.*
- 56 Et ad quævis beneficia. *idem seff. 7.*  
*capit. 13.*
- 57 Non idonei repellantur ab Episcopo .  
*idem seff. 25. cap. 9.*
- 58 Si curatum est beneficium. *Vide supra*  
*Beneficiorum Parochial. prouisio. num. 31.*  
*33. sequentib.*
- 59 An Capellania sit sacerdotalis , ita vt  
satis sit , si promoueri queat præsen-  
tus infra annum : Aint. Negant DD.  
apud Barb. *alleg. 24. à num. 37.* Attende  
verba fundationis.
- 60 Potest autem institui præsentatus , etiā  
in

in mense Apostolico. Congregat. Episc.  
15. Martij 1586.

- 61 Et pluribus praesentatis ille instituatur, qui a maiori parte. Barbos. allegat. 72. num. 197.
- 62 Inter quem idoneos, & cum aequalibus votis est locus gratificationi penes institutorem. num. 199.
- 63 Vel penes patronum. Leo in thessori p. 2. cap. 6. num. 12. Hoc est.
- 64 Si patronus est clericus, ad hunc spectat gratificatio. Trid. sess. 24. cap. 18. §. si vero Zerol. p. 2. Iuspatron.
- 65 Praesentatus a pupillo praesentatur praesentato a tutori. Sylu. q. 8.
- 66 Dignior, si quem non idonei. Barbos. num. 200. loco cit.
- 67 Dignior, qui de linea fundatoris, sit idoneus. num. 202. idem.
- 68 Vel alia de causa. num. 204. 205.
- 69 Potest Episcopus instituere patronum idoneum sine villa presentatione. Sylu. V. Iuspatronatus quest. 7.
- 70 Non potest Episcopus commendare ad alicuius vitam beneficium iurispatronatus sine consensu patroni. Viuan. p. 3 l. 14. cap. 3. num. 53.
- 71 Deuoluta institutione ad superiorem, hinc intra semestre instituere debet, a die notitiae deuolutionis. Barbos. allegat. 71. num. 194.
- 72 Inter Beneficiatus, ut supra.  
V. Beneficiorum collatio. num. 21.
- 73 Vno beneficiorum liberorum ad Ecclesias patronatas nulla est. Vide supra Benefic. vno num. 4.
- 74 Non possunt auferri, neque ab Episcopo, insignia fundatorum in Capellis de iurepatronatus. Lambert. de iurepatr. 9. 5. princ. art. 4.
- 75 Decreta de preciis patronorum praedictis. num. 30. 31. 33. saepius euulgantur. Prou. 5.
- V. Benefic. Paroch. Prouisio. numero 31. C seqq. Benefic. resignatio. numero 9. Benef. Permutatio. numero 6. Benef. Vno. num. 4. Bona Ecclesiastica. numero 2. 9. Canoniciatum collatio numero 17. Canoniciatum optio. num. 4. Ecclesia. m. 12. 38. Parochia. numero 10. Visitatio inferiorum Episcopo, num. 9.

## ADDITIO.

1 Filius ex legitimo matrimonio natus, eget dispensatione, ut possit immediaete obtinere beneficium de iure patronatus, quod obtinuit pater, ad quid beneficium in fundatione vocati sunt proximiores de genere. Congreg. conc. 23. Aug. 1631.

2 Iuspatronatus non acquirit ille, qui dotat insufficenter, quod arbitrabitur ordinarius; sed dicitur benefactor. ead. apud Garz. de benef. p. 5. cap. 9. n. 52.

## Legatum.

1 IN legato ad pias causas sufficiunt duo, vel tres testes. Sylu. V. Legatum 4. q. 9.

2 Vitiato testamento, non tolluntur legata ad pias causas. idem ibidem qu. 10.

3 Ex causa potest Episcopus mutare legatum in alium usum, quia forte in loco non potest fieri. idem quest. 11. 12.

4 Alias, nec in facto, nec in modo, nec in loco ibid.

5 Mutatio vero ne fiat sine consensu heredis grauati. idem q. 13.

6 In defectum executoris, qui vel non est datus, vel negligit, potest Episcopus se intromittere in legatis ad pias causas; alias minimè. idem q. 15.

7 Ille scilicet, qui est Episcopus testatoris, vel Episcopus executoris, si iste est compellendus idem V. Testamentum 2. q. 3. vers. Quintum.

8 Legatus calix intelligitur argenteus; planeta vero serica. Sa.

Legatum. num. 5.  
V. Commut. vlt. volum. numer. 4. C seqq. Notarius numer. 15. 16. 17. Quarta funeralis. num. 1. 4. 8. Seminarium clericorum. numer. 22. Spolia clericorum. numer. 9. Testamentum. num. 19. C seqq.

## ADDITIO.

1 Factum pro anima dicitur factum ad piam causam. DD. cum Barbos. de iure Eccl. l. 3. cap. 27. num. 11.

2 Item pro excarcerandis carceratis. ibidem num. 14.

3 Item pro utilitate consanguinei pauperis.